Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ab eo laudabilia in publicum proferunt. Hunc in cuiusdio
idem dns ait. Qui me confessus fuerit coram homini
bus confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est
et coram angelis eius. Cap. VII.
Et angelo philadelphie ecclesie scribe. Philadelphia
iuxta quod beatus beda exponit interpretatur dilectio
fraterna. Quo nomine uniuersalis ecclesia designatur
que in dilectione dei et proximi uersatur. que quia a dno
diligi probatur. que dicit. Narrabo nomen tuum fratribus
meis. Vel secundum autbertum ambrosium. philadel
phia interpretatur saluans hereditatem dni. Quo no
mine ipsa quoque ecclesia exprimitur. que semetipsam
saluat. cum in fide et opere bono proficit. et a uoluntate
sui creatoris numquam recedit. Ipsa est enim dni here
ditas. de qua per psalmistam paterna ad filium uoce dicitur.
Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam. et cetera.
Hec dicit sanctus et uerus. qui habet clauem dauid. qui aperit
et nemo claudit. claudit et nemo aperit. Scio
opera tua. id est eligo opera tua. Ecce dedi coram te ostium
apertum. quod nemo potest claudere. Idcirco principaliter
ac singulariter sanctum et uerum dns se ipsum appellat.
quia [illegible] et si quos dam inter homines sanctos dicimus
et [illegible] uerace. ad comparationem tamen eius
nullus est sanctus et uerus. quia ipse est sanctitas et ueritas.
Vnde scriptum est. Ecce inter sanctos nemo immaculatus.
Itemque apls. Omnis homo mendax. solus autem ds
uerax. Clauem quippe dauid debemus intelligere
incarnationem xpi. qui de stirpe dauid secundum
carnem descendit. Ostium autem quod eadem claus